ciuitatem. fleuit super illā dicens sup
alia. O hierusalē plena populo. O ci
uitas sacerdotal' ⁊ regia: veniēt dies
i te ⁊ circūdabūt te inimici tui vallo.

Et circūdabūt te:⁊ coāgustabunt te
vndiq3:⁊ ad terrā prosternēt te:⁊ fi-
lios tuos q̇ in te sūt:⁊ ñ relinquēt in
te lapidez sup lapidē:eo ꝙ nō cogno
ueris tempus visitatōis tue. Inquit
ꝓpterea ihiero.in questiōib⁹ ad hel-
bidiam. In tātū hierl'm amauit dñs
vt fleret eam:⁊ plāgeret:et pēdēs in
cruce loqueret̄. Pater ignosce illis
q̇a nesciūt q̇d faciūt. Itaq3 impetuit
qd̄ petierat:datūq3 est tp̄s pñie.vic3
ad q̄dragesimū secūdū āuū: post qd̄
p̄seuerātib⁹ illis in blassemiā. Egressi
sunt duo vrsi de siluis gētiū Roma
noꝝ. Uespasianus ⁊ Titus:⁊ eos in
terfecerunt atq3 lacerauerūt. hec ille
Secūdo xp̄s p̄nūtiauit desolatōem
hierl'm. Luce.zi.cū dixit. Erit enim
pressura magna sup terrā:⁊ ita ppl'o
huic:⁊ cadent in ore gladij:⁊ captiui
ducent̄ in oēs gentes:ihierl'm calca
bit̄ a gentibus:donec impleātur tp̄a
nationum. ¶ Tertio xp̄s p̄nūtiauit
ruinā hierl'm. Luca.zz. qñ die passi
onis sue sequebat̄ illū cruce oneratū
multa turba populi ⁊ mulieruz que
plāgebant:⁊ lamētabāt̄ illū. Cōuer
sus autem ad illas Jhesus dixit. Fi
lie hierl'm nolite flere sup me:ß super
vos ipsas flete:⁊ super filios vestros
quoniā ecce venient dies:in quibus
dicent. Beate steriles que nō genue
runt: ⁊ vbera que nō lactauerūt. q̇d
plura.crucifixus est xp̄s:⁊ tota mun
dialis machina est cōmota: tremuit
terra:obscuratus est sol: petre ꝯtrite
sunt:ap̄ta monumenta:et velū tēpli
scissum est in duas p̄tes a sūmo vsq3
deorsum vt dicit̄ Mat.z7.tñ Judei
duriores effecti in xp̄m ⁊ ecclesiaz se
uiunt. Post xp̄i resurrectōez q̇nq̄ge
sima vic3 die: apostoli recepūt sp̄ūm
sanctuz:⁊ ea die Petrus publice p̄di
cauit resurrectionem xp̄i:⁊ pñiam in
remissionē peccatoꝝ: vt dicit̄ actuū
z.c.⁊ postq3 sanauit claudū ⁊ parali
ticū:ex vtero matris: qui sedebat ad
portaz templi:que vocabat̄ speciosa
dicēs. In nōie Jhesu surge ⁊ āmbula.
cum esset factus concursus populoꝝ
ad rem tam grandem vidēdā. Iterū
p̄dicauit Petrus innocentiā christi:
⁊ impietatem eoꝝ contra illum:et
ſbdit. Penitemini:⁊ cōuertimini:vt
deleant̄ peccata vestra.actuū.4.ca.
Sed ecce sacerdotes ⁊ magistratus
templi iniecere manus in Petruz et
Johānem:⁊ carcerauerūt eos actuū
.5.c. Sequenti vero die eductos de
carcere liberauerunt:p̄cipiētes ne do
cerent in nomine Jhesu. Cū autem
illi p̄seuerarēt in doctrina: iteruz po
suerunt eos in custodia publica: a q̄
fuerunt p angeluz liberati. Et ne sin
gulis immoremur: obstinati Judei la
pidauerūt Stephanum. actuū.7.c.
Surrexit tandez Saulus cōtra disci
pulos: qui cōuersus est ex miraculo
xp̄i sibi apparentis.actuū.9.c.⁊ a Ju
deis p̄secutiōes grauissimas passus
est. Occisus est Jacobus frat̄ Johis
gladio. Incarceratus Petrus:⁊ per
angelū liberatus.actuū.iz.c°. Sicq3
continue addebant mala malis mi
serabiles Judei.

¶ De terribili sentētia diuini iudicij
contra ihierusalem.

¶ Cap.z.

N Escio q̇s tā ferus eē potest: vt
siñ gemitu audiat:que passa ē

hierosolomitana ciuitas r̄cto iudicio
dei. Jdcirco in h̄ misterio ꝺ executōe
diuine sentētie ꝯtra hierl'm dicem⁹
de qua tria sunt cōsideranda.
¶ Primū est multitudinis cōclusió.
¶ Secūdum famis afflictio.
¶ Tertiū ciuitatis deletio. Primū
cōsiderādū est multitudinis ꝯclusio
¶ Cum.n.ab exercitu Romanorū cir
cūdata fuit hierl'm: cōclusa inuēta ē
ibi innumerabilis multitudo populi
Refert Eusebius li°.3°.historie eccle
siastice: qꝺ etiam Josephus ponit: ꝙ
ex omni Judea populi in die solēni
pasce hierosolimā velut exiciali q̄dā
manu cogente conuenerūt: quos tri
cies centena millia hominum dicit
fuisse iusto.s. iudicio dei: tēpore hoc
vltionis electo: vt qui in dieb⁹ pasce
saluatorem suū xp̄m dn̄i cruētis ma
nibus ⁊ sacrilegis vocib⁹ violauerāt
in ipsis dieb⁹: velut in vnū carcerem
omnis multitudo conclusa: feralis
pene exiciū qꝺ merebat̄ exciperet.
Secūdū cōsiderādū ē famis afflictō
obsessa nāq̄ ciuitate fecerūt romani
vallū munitissimū in circuitu: ita vt
nullus ciuitatē exiens illud ꝑtrāsire
posset: ob quā cām in breui ciuitas
vrgeri fame cepit: tātūq̄ excreuit pe
nuria rerū: ꝙ ꝓpt̄ famē ea que referā
dicit Josephus mala secuta. ¶ Pri
mū ꝙ p̄dones ꝑ ciuitatē discurrētes
vi intrabāt domos: ⁊ rapiebāt si q̄d
ibi inuenissent comestibile. ¶ 2ᵐ ꝙ
filij ex ore ꝑentū: ⁊ ecōuerso violēter
stricto manibus gutture: masticatū
cibū extrahebant: ⁊ velut rabidi co-
medebant. ¶ 3ᵐ ꝙ etiā fimū boū
aliaq̄ imūda sumpserūt in cibum.

¶ 4ᵐ ꝙ multi cōtendebāt exire vt her
bas colligerēt ⁊ capiebāt a romāis:
⁊ tantus fuit numerus captiuorū: vt
tute custodiri nō possent: qua ꝓpter
statutum fuit: vt euulsis eorū oculis
manibusq̄ āputatis: compellerēt sic
ad ciuitatem redire. ¶ 5ᵐ ꝙ pleriq̄
diuites timētes ne sua iocalia ad ma
nus Romanorū venirent: quos ꝓi
similiter p̄sumebant ciuitatē debella
turos illa deglutiuē cui⁹ rei fama cū
deuenisset ad aures Romanorū: cō
mouit eos: vt extimarēt Judeos ca
ptiuos: quos tenebant gemmas in
vētre adhuc retinē: quare vna nocte
duorū millium patefacta sūt viscera.
¶ 6ᵐ ꝙ multi formosi et delicati iuue
nes in via: in plateis: in ꝓprijs domi
bus fame vexati: improuisa morte ⁊
repentina cadebant: ⁊ sepius illi qui
cadauera sepeliebant supra sepultos
mortui ⁊ ipsi deficiebant. ¶ 7ᵐ ꝙ
inuente sunt mulieres filios ꝓprios
comedentes. Unde ⁊ de quadā di
cit Josephus: ꝙ cum fame torquēt̄
nihil habens ad comedēdū: lactātē
filium in manibus tenens dixit. In
felicis matris: infelicior fili: in bello:
in fame: in direptōe: cui te reseruabo.
Ueni ergo nunc o mi nate: ⁊ esto ci
bus matri: p̄donibus furor seculis fa
bula. ⁊ his dictis filium iugulauit: ⁊
coxit. dimidium comedit. ꝑtē alterā
occultauit. ¶ Ecce confestim p̄dones
odorē carnis cocte sentientes in ꝺo
mum irruunt. et vt carnem prodat
mortem mināt̄. Tūc illa detegens
infantis mēbra. Ecce inq̄t vobis ꝑtē
optimam reseruaui. At illos tantus
horror inuasit ꝙ nec loqui potuere.

Et illa. Deus est inquit filius: meū est peccatū: secari edite: quia prior ego comedi quem genui. Illi vero tremētes et territi discesserūt. O quot erāt in ciuitate illa amara spectacula: vbi videbantur cotidie tot morientes. O quot infantes et pueri extēdētes manum ad vbera matrū: et panē petentes: ad pedes illarum extincti ruebant. O quot erāt ibi flebiles voces: quot lamēta: quot singultus: quot suspiria. et tū a deo nō exaudiebātur. ¶ Tertiū cōsiderādū est ciuitatis deletio. Anno enim secundo Imperij Vespasiani: Titus eius filius: qui in obsidiōe remāserat ciuitatem cepit: quā a fūdamētis subuertit: vbi periere virorum vndecies centena millia fame et gladio: preter mulieres et paruulos: reliqui venūdati. Ubi es que magna ciuitas Hierusalē vbi es decora Sion: Ubi es ciuitas quōdā referta gentibus: dn̄a populorum Regibus venerāda: acceptabilis deo: sedes gratie: vbi es tēplū illud mirabile: pauimenta marmorea: porte nitentes auro. Omnia vtique euersa et a fūdamētis dirupta fuē. O inuictissima dei viuētis dextera: que ceruices deprimit peccatorum: ipsa faciēte tot calamitatibus: et cladibus Hierlm periit. Ex post tempore. s. Helij Adriani cōfluētibus diuersarum nationū incolis rehedificata est: et Helia ex pronomine imperatoris dicta: qui Adrianus vt dicit Horosius li. 7. precepit ne cui Judeo hierosolimā intrare liceret. Digne itaque omnibus timorem domini predicamus: qui timētibus se largitur gratiam in presēti: et in futuro gloriam sempiternam. Amen.

¶ Sermo quartusdecimus de iudicio dei cōtra Dauid populum numerātē.

Compellor et quidē nō parum admirari: de hominum huius temporis temeritate: qui vidētes cotidie patrias pestilentijs grauissimis agitari: nō timēt tremenda iudicia dei. Profecto acerbissimū est flagellū pestilentiarum. nā pater filiū: filius fugit patrem: frater fratrē deserit: vxorē vir derelinquit et vir vxorē abbominatur. Quid plura. suffocatur penitus pietas: fiūt ciuitates vacue populis: domusque etiā claudūtur āplissime: viduātur vxores maritis: et delicati iuuenes formoseque puelle miserabiliter extinguūtur. Tali etenim flagello deus Dauid in suis iuste puniuit: quod vt euidētius innotescat ad ipsum Dauid pro instructiōe nostra sermonē vertemus: de quo tria misteria declarabimus.

¶ Primum dicitur excellentie.
¶ Secundum deficientie.
¶ Tertium pestilentie.

¶ De admirandis prerogatiuis et excellentijs Dauid. ¶ Cap. i.

Veniunt in vsū ecclesie sācte dei pro maiori parte psalmi: quos dauid cōposuit: quare nomē eius cum laude sonat in auribus audientium. Jdeo in hac parte vidēdū erit quantis priuilegijs et excellētijs Dauid a deo fuerit dotatus et ex multis. 5. dūtaxat colligemus

¶ Prima dicitur prophetica illustratio.
¶ 2a filialis nominatio.
¶ 3a victoriosa superatio.
¶ 4a mansueta conditio.
¶ 5a regalis exaltatio.

Qr David claruit spū ꝓphetie.

PRima excellētia David dicit̄
ꝓphetica illustratio. Claruit. n.
spiritu ꝓphetico prenūtiās misteria
xpi. Sed hic pulchre disputādū est
vtꝝ David fuerit reliq̄s ꝓphetis pre
stantior. Et ad hoc respondet Nico
de lyra sup prologū in psalterio: ꝙ
David potest cōparari ad ꝓphetas
noui testamenti: cuiusmodi fuerunt
apostoli: ⁊ sic David ñ excessit alios
q̄a apostoli fuerunt de secretis diui
nis magꝭ illuminati: ⁊ in maiori ple
nitudine receperunt gratiā spiritus
sancti. Et ꝙ apostoli spūm accepint
ꝓphetandi pꝫ actuū. 2. c. 5. c. 6. c. ii. c.
13. c. 27. c°. Si autem comparet̄ Da
uid ad ꝓphetas veteris testamenti:
sic dicit Tho. 22. q. 174. ꝙ non fuit
David excellentior aliis ꝓphetis sed
Moyses: ⁊ hoc ꝓpter tria.
Primo ꝓpter clariorē cognitōem.
2° ꝓpter miraculoꝝ rutilatōem.
3° ꝓpter cōmuniorē denūtiatōez.
Primo ꝓpter clariorē cognitōez nā
excellentior gradus ꝓphetie est: vbi
est cognitio clarior sed Moysi ɔcessū
fuit videre essentiaz dei ƀm Aug. ad
Paulam de videndo deum: qđ nō
fuit concessum David ⁊ aliis ꝓphetis
ḡ habuit clariorē cognitionem: ⁊ sic
fuit ceteris excellētior. 2° Moyses
fuit excellētior ƀm Tho. ꝓpter cōmu
niorē denūtiationē: q̄a Moyses pro
phetiam suam denūtiauit toti pplo
Judeoꝝ: non sic David ⁊ alii ꝓphe
Tertio Moyses fuit excellētior ꝓpt
miraculoꝝ rutilationē: q̄a maiora si
gna fec̄ Moyses in egypto in mari
rubro: in deserto: q̄ꝫ David ⁊ alii pro
phete. Sed Nico. de lyra dicit ꝙ ƀꝫ
glosam in principio psalterii David
dicit̄ propheta per excellētiā ⁊ p̄ma
ratio de Moyse non concludit quia
claritas cognitionis actū ꝓphetādi
excludens non potest constituere ex
cellētiorē gradū ꝓphetie: q̄a ideꝫ cō
ɔstitueret ⁊ excludēt. vt pꝫ. visio aūt
diuine essentie excludit actū prophe
tandi: sicut ⁊ actū fidei: q̄a vtriq̄ꝫ est
necessario act⁹ enigmaticus: ⁊ ideo
visio diuine essentie nō pōt cōstituē
excellētiorē gradū ꝓphetie: lꝫ faciat
clariorē cognitiōez: seu aliq̄d clarius
cognoscē. Vn̄ ḡ est ꝙ claritas cogni
tionis maior cōstituit maiorē gradū
ꝓphetie: dū tn̄ talis claritas limites
cognitōis ꝓphetie non transcendat
Insuper si ratio p̄tacta staret: sequēt̄
ꝙ Moyses fuit excellētior apostolis
p̄ter Paulum: quibus non fuit con
cessum videre essentiam dei in p̄nti
vita. Secunda insuper ratio deficit
eo ꝙ denūtiatio ꝓphetie est aliquid
sequens propheticā cognitionem: ⁊
ideo non videt̄ variare graduꝫ pro
phetie: ex hoc ꝙ pluribus vel paucio
ribus nūtiatur. Tertia adhuc ratio
debilis est: quia cōfirmatio p signa
⁊ miracula sequitur prophetiā: ⁊ nō
est de essentia eius. Unde Johānes
baptista signū nulluꝫ fecit: vt habet̄
Johis. io. c. ⁊ tn̄ ɔcedit̄ maior moy
se. ex quo dicit Nico. de lyra ꝙ licet
Moyses hūerit eūdē ḡduꝫ ꝓphetie:
quē hūit David. s. absq̄ꝫ quibuscunq̄ꝫ
signis sensibilib⁹ aut figuris: tn̄ non
habuit totiēs: nec ita ɔmuniter tales
illustrationes, sicut David. Insuper
dicit tho. vbi. s. in corpe. q. in fine. ꝙ

dauid clari⁹ ⁊ pleni⁹ exp̄ssit misteria christi q̄ȝ Moyses. Lex autem vetus et ꝓphete ordinabant̃ ad christum: sicut ad finem. vñ Rabi Moyses in li. directionũ pplexoꝝ inq̇t. Omnes ꝓphete non sunt locuti: nisi ad dies Messie: cũ ḡ finis nobilior sit his q̄ sunt ad finẽ: ꝓphetia Dauid videtur sortiri quādā excellētiā: ex hoc ꝙ xp̄i misteria sic exp̄ssit: ꝓbabilit̃ itaqȝ pōt dici: ꝙ Dauid fuit excellētior ꝓpheta Moyse: quāuis Moyses excellētior fuerit in alijs: que ꝓphetiā trāscēdūt vel eam cōsequūt̃: que autē ipse p̄di xit ꝓphetico spiritu irradiat⁹: legunt̃ in psalmis suis: in q̇bus suaui melo- dia de xp̄o multa cantauit. Ob qđ hiero. ad Paulinũ inq̇t. Dauid Si monides noster Pindarus ⁊ alceus Flaccus quoqȝ Catullus et Seren⁹ Christũ lira personat: ⁊ in decacordo psalterio ab inferis excitat resurgētē hec ille. Ex cronica Ricobaldi sūpta sunt que sequūt̃ ꝓ declaratōe v̄boꝝ hiero. Simonides poeta fuit tēpore Tullij hostilij. z. Regis Romanoꝝ āno ab vrbe cōdita. 72. Pindarus poeta āno ab vrbe cōdita. 252. post expulsum Tarquinum vltimuȝ Re gem. Alceus poeta tēpore Tarquini prisci q̇nti regis Romanoꝝ. Orati⁹ Flaccus Uenusii orit̃ anno ab vrbe ꝯdita sexcētesimo nonagesimo sexto Catullus poeta Ueronēsis. āno ab vrbe condita sexcentesimo tricesimo quinto. Seren⁹ q̇dā ali⁹ poeta cui⁹ tp̄a nō inueni. sūt p̄nominati poete apud Quintilianũ. li°. z. de iudicijs. multa laude ꝯprobati: q̇bus ꝓ melo dia ⁊ suauitate cōcētus hiero. dauid

voluit cōparare. Notādũȝ tñ ꝙ ipse hieroñ. gloriosus: vt dicit Nico. de lyra ter trāstulit psalteriuȝ. Primo ꝺm. 70. interp̄tes qđ dicit̃ psalteriũ Romanoꝝ: eo ꝙ ecclesia beati petri illo vtit̃. ¶ z° fecit aliā trāslatiōeȝ nō multũ distātē a p̄ma: ⁊ tñ appropin quāteȝ hebraico: ⁊ vocat̃ psalterium Gallicanũ: eo ꝙ Damasus papa ad rogatum hiero. illud fecit cantari in ecclesijs gallicanis: et hoc vtūt̃ frēs minores. ¶ z° ad p̄ces Serphēnij: q̇ frequēt̃ disputabat cũ Judeis q̇ solũ recipiunt illud qđ est in hebreo: fecit trāslationē imediate acceptā ab he breo: ꝓt̃ qđ vocat̃ psalteriũ hiero. iuxta hebraicam v̄itatem.

¶ Qr xp̄s dicit̃ filius Dauid.

SEcunda excellentia dauid di- citur filialis nominatio. Nam dn̄s noster Jhesus xp̄s deus verus dei filius ꝓ nobis hominibus incar natus: natus de v̄gine v̄us homo nominat̃ ꝑ excellētiā filius Dauid. Unde euāgelista Mathe⁹. i. c. dicit Liber gñationis Jesu xp̄i filij dauid ꝺm Nico. de lyra: modus hebreoruȝ est denominari libros ab eo de quo tractat̃ in p̄ncipio: sicut dicitur liber genesis: q̇a in p̄ncipio tractat̃ đ crea tione mūdi. Similiter Matheus q̇a incipit euāgeliũ a genealogia xp̄i: iō ab ipsa denominat ⁊ intitulat ipsuȝ. Rō autem quare incepit a genealo gia xp̄i fuit: q̇a Judei negabāt Jesũ nazarenũ esse v̄uȝ xp̄m: ⁊ descēdisse a Dauid: q̇a galileus erat ꝺȝ ꝙ dicit̃ Johis. 7. Nũq̇t a galilea venit xp̄s quasi diceret non. Sed Judei sic lo quentes nō intelligebant scripturas

Dicit̄ q̄ a Matheo fili⁹ Dauid: ⁊ p̄ ponit̄ Dauid ipsi habraā: lȝ sit poste rior ſm tem pus: ꝓpter eminentiam regie dignitatis: et vt cōueniēti⁹ ge nerationis ordo tradat̄: angel⁹ etiā q̄ v̄gini cōceptum filij dei ānūciauit vt hēt̄ Luce.i.c. dixit. Dabit illi dn̄s deus sedem Dauid patris eius. Et Cananea clamauit: vt pȝ Mathei i5 Jesu fili Dauid miserere mei: ⁊ psal lentes turbe vt notatur Mathei.zi. cātabant. Osanna filio Dauid: bn̄di ctus qui venit in nōie dn̄i. ⁊ Mathi zz. interrogauit Jhesus phariseos. Quid vobis videt̄ de xp̄o: cui⁹ fili⁹ est: ⁊ dixerūt: Dauid. ⁊ Luce.i8. Ce cus clamabat. Fili Dauid miserere mei. Et Ap⁹. ad Ro.i. Factus ex se mine Dauid: ſȝ carnē: lȝ q̊ vt hiero. dicit in cōmēto sup Danielē ſm scri pture sancte cōsuetudinē proaui oēs ⁊ maiores ꝑtes vocēt̄: tn̄ singl'ari m̊ xp̄s Dauid filius nūcupat̄.

Qr Dauid supauit Philisteum Goliam.

Tertia excellentia Dauid dicit̄ victoriosa supatio. Superauit nāq; Goliā philisteū Gigantē: cum esset adolescēs: ⁊ fratrib⁹ suis minor etate: armat⁹ fiducia dn̄i: vt pȝ p̊mo Re.i5.c. neq; p̄sūptuosus fuit: aut te merarius vel culpabilis: q̄a certamē illud inijt ex reuelatione dei: vt dicit Nico. de lyra. ⁊ hiero. ad Aug. Un̄ Sauli diffidenti et timenti ne succū beret. Dauid rn̄dit. Dn̄s q̄ eruit me de ore leonis: ⁊ de manu vrsi: ipse li berabit me de manu Philistei hui⁹. Quare deo sibi fauente: gigātē illuȝ interfecit: ⁊ populuȝ ab obprobrio li berauit. quo exēplo deterreri debent hi qui sepenumero in virib⁹ suis cō fidūt qui recordari debēt illi⁹ carmi nis. q̄d Ouidi⁹ li. d̄ remedio amoris cecinit. Parua necat morsu speciosū vipera taurum. A cane non magno sepe tenet̄ aper.

Qr ꝓpter mansuetudinem Dauid placuit deo.

Quarta excellētia Dauid dicit̄ māsueta cōditio de q̄ in psal. Memento dn̄e Dauid ⁊ omnis mā suetudinis ei⁹. Uocat̄ enim Dauid iustus pius ⁊ sanct⁹. 7.q.i.c. Omnis zz.q.4.ca. ꝙ Dauid. Jsta nāq; man suetudo benignissimo deo satis acce pta est. Hinc Judit.9.c dicit̄. humi liū ⁊ māsuetorꝝ tibi semꝑ placuit de ꝑcatio. Et ꝓuerb.z.c. Māsuetis da bit dn̄s gratiā. Et eccle.i.c. Benepla citū est illis fides ⁊ māsuetudo. ⁊ p̄s. i49. Exaltabit māsuetos in salutem Et Math.5. Beati mites. Giraldus odonis sup.4.ethi. ſm mētē Aristo. dicit ꝙ sex sūt cōditiones māsueti. Prima ꝙ ē imptu:bat⁹ ⁊ hoc exigit nā māsuetudinis. 2ª ꝙ passiōe nō ducit̄. 3ª ꝙ rōi et eius ordinationi sbicit̄ q̄ntū ad oēs circūstātias ſȝ q̄s oportunū ē irasci et n̄ irasci. 4ª ꝙ ad defectū ire magis q̄; ad excessum declinare videt̄. 5ª ꝙ nō est puniti uus nec vindicatiu⁹. 6ª ꝙ ē iniurie et offēse remissiu⁹. Sic fuit māsuet⁹ Dauid quē ꝑsecut⁹ ē saul. Jp̄e tn̄ cū potuit noluit eū offendē. nā vt dicit̄ primi Regum.i8.cap. Ex eo ꝙ mu lieres in timpanis cantabāt. Saul percussit mille et Dauid decē millia Jratus Saul dixit. Quid ei supest.

nisi solū regnū: et tūc non rectis ocu
lis aspiciebat eum: ⁊ lancea tēptauit
eum configere cum pariete: Deinde
fecit eū tribunum sup mille viros. vt
sic pugnādo veniret in manꝰ Phi-
listinoꝝ: ⁊ vt notat. i. Re. 17. c. Req
suit Jonathan ⁊ seruos suos: vt oc-
ciderent Dauid. Jonathas autem qa
diligebat eū valde: monuit eū vt se
absconderet: ⁊ sequēti die Jonathas
placauit Saul patrē dicens. Ne pec
ces Rex in seruū tuū Dauid: qa non
peccauit tibi: ⁊ opa eius bona tibi sūt
valde: ⁊ posuit animā suā in manu
tua: ⁊ occidit Philisteū: ⁊ fecit deus
salutē magnā in Jsrabel: vidisti ⁊ le-
tatꝰ es: quare ergo peccas in sanguine
innoxio: ⁊ interficies Dauid: qui est
absq culpa. Rndit Saul. Viuit dñs
nō occidetur: et sic Jonathas vocauit
Dauid: ⁊ venit securus coram Saul
motū est rursū bellū. ⁊ dauid pcussit
Philisteos plaga magna: reuersusq
coram Saule: iterū tēptauit eū lācea
infigere in parietem. Dauid fugit et
euasit. Saul misit satellites nocte ad
domū suā: vt custodirent eū: ⁊ mane
interficeret quē vxor eius Michol fi
lia Saul deposuit p fenestrā: ⁊ tamē
post tot validissimas psecutōes Da
uid potuit interficere Saulē in spe
lunca: vt hēt. i. Re. 22. c. ⁊ iterū. 24.
c. potuit eū interficē: cū inuenit eum
dormiētem in tētorio: ⁊ oēs suos: di
xitq Abisai ad Dauid. Cōclusit deꝰ
hodie inimicū tuū ad manus tuas:
nūc ergo pfodiam eū lancea. Rndit da
uid. Ne interficias eū: qs. n. extēdet
manū suā in christū dñi: ⁊ innocens
erit. Abstulitq Dauid hastā q erat
ad caput eius: ⁊ ciphū aque. Tādem
cum nūciata erat ei mors Saulis ⁊
Jonathe: vt scribit. 2. Re. i. c. amare
fleuit dicēs. Saul ⁊ Jonathas ama
biles ⁊ decori in vita sua: in morte q
non sunt diuisi: aqlis velociores: leo
nibus fortiores: filie Jsrabel sup saul
flete: q vestiebat vos coccino in de
licijs: qui pparabat ornamēta aurea
cultui vestro. s. de preda hostium sm
Nicolaū de lyra.

De regia dignitate Dauid.

Quinta Dauid excellentia dicit
regalis exaltatio. exaltatꝰ nāq
fuit ad regiā dignitatē sz bñplacitū
dei: post mortem Saul: vt patet. 2.
Re. 5. c. Jō ps. 88. dicit deꝰ. Jnueni
Dauid seruū meū: oleo sancto meo
vnxi eum. Et ꝓpterea in genealogia
xpi. Matheus solū Dauid nominat
Regem: cum dicit. Jesse aūt genuit
Dauid Regē: lz ante eū ⁊ pꝰ fuerint
alij reges: qa vt tactū est: fuit primus
electus in regem sm bñplacitū dei
ꝓpter sanctitatē suā. 7. q. i. c. Si qs.

De peccatis in qbꝰ Dauid defecit
⁊ offendit deum. Cap. 2.

Ldominet mortalibꝰ cūctis de
cōmuni lege piculū satis ğue
qa nullus qūtūcūq sāctus ⁊ iustꝰ pōt
esse de lapsu securꝰ. Ecce in ꝓmptu
est Dauid sanctus: q post multiplicē
gratiam a deo sibi datā: in peccata
plurima ruit: de quibus nos dicturi
illa reducemus ad qnque.

Primū fuit peccatū adulterij.
Secundum homicidij.
Tertium negligentie.
Quartum iniusticie.
Quintum vane glorie.

De adulterio qđ commisit David.

PRimū peccatū in quo david defecit fuit adulteriū: de quo fit mentio .2. regū .10. et .11. c. ad qđ lapsus est propter duo secundum Nico. de lyra Primo quia remansit ociosus in hierl'm vt enim ait Sapiēs prover. 28. c. qui sectatur ocium: replebitur egestate. Et hiero. ad Demetriadē virginē inquit. Nihil in sancto proposito ocio deterius est. et Bernardus ad frēs de monte dei. Omniū tēptationū et cogitationum malarum et inutilium sentina est ociū. Et Quintilianus. Ad oē votum fluente fortuna lasciuit ociū. Et Seneca ad Lucillū. Ocium mors est: et viui hominis sepultura. et Ouidius de remedio amoris. Ocia si tollas periere cupidinis artes. Et Ecclesi. 33. c. Multā inquit Sapiēs maliciā docuit ociositas. propterea hiero. ad rusticū monachū dicit. Id qđ nōt de cō. di. 5. c. nūquam. Semper aliquid operis facito: vt diabolus te inueniat occupatum. Hinc per Ezechielē. 16. c. deus dicit. hec fuit iniquitas sororis tue Sodome: saturitas panis et abūdantia: ocium ipsius: et ociū filiarum eius. 2° lapsus est in adulteriū David: quia vidit bersabeā se lavātem. periculosū certe est oculis libertatē aspiciēdi concedē vñ propheta psal. 118. dicit. Auerte oculos meos ne videant vanitatem. Et Seneca in li. de remediis fortuitorū ait. Oculi enim sunt irritamēta viciorū: ducesque scelerum et quinto li. causarum causa prima. Oculi inquit nostri: sunt tota luxuria nostra: hi nos in omnia cotidie vitia precipitant. Jō hierony. ad Nepotianū sic scribit. Matrē ita vide: ne per illam alias videre cogaris quarum vultus cordi tuo hereat: et tacitum viuat sub pectore vulnus. Cum ergo David captus esset pulchritudine nudate bersabee: misit suos: et fecit illā ad se venire: et compleuit adulterium: statimque sanctificata est ab imūdicia sua. s. a fluxu mēstruorum quia. s. purgata fuit a menstruis futuris vsque ad partū secundum Nic. de lyra. quia in illo coitu cōcepit vt patet in textu.

De homicidio qđ fieri fecit david

SEcūdū peccatū in quo david defecit fuit homicidium. Post vtique expletam suā libidinē: procurauit proditorie interfici Uriam virum Bersabee: pro quo misit et tēptauit eum mittere in domū vxoris: hortans vt lauaret: mittēsque regium cibum: vt sic per balneum et cibū delicatū prouocaret ad coitum. dicit Nico. de lyra quod sic faciebat David vt Urias cognoscēt vxorem suam: et crederet puer nasci turus esse suus: et peccatū eius occultaret: qđ cū rénuisset facē Urias dixit David ad Joab. Ponite Uriam ex aduerso belli: vbi fortissimum est prelium: et relinquite eum: vt. scilicet. sic occidatur: qđ et factum fuit. vt patet 2. Re. 11. ca. qđ cum audisset vxor: fleuit eum. Nico. de lyra fidutie inquit: quia et ipsa mortem eius desiderabat vt sic vxor regis fiēt. Statimque Nathan propheta vt hētur .2. regū. 12. c. venit ad David: qui reprehendit eum dure de peccato cōmisso addens. Non recedet gladius de domo tua vsque in sempiternū qđ verificatum est secundum Nico. de lyra: quia frater occidit frēm. s. Absalon Amō. et regū. 13. et Salomon Adoniam. 3

.Re.z.c.⁊ filius insurrexit cõtra prez .i. Absalon.z.Re.15.c. Tunc Dauid humiliatꝰ ⁊ pñia ductus: dixit. Peccaui. ⁊ Nathan rñdit. Et dñs abstulit a te peccatũ: vbi apparet quãta sit vis pñie: qñ post homicidiũ ⁊ adulteriũ: spũm ꝓphetie recepit: ⁊ in pmo gradu pmãsit: vt hẽt.48.di.c. Hinc etenim.⁊.50.di.c. Cum exaudiero.c Sacerdos.c. Ut ꝯstitueret.⁊.i.q.7 c. Si.⁊.z.q.7.c. Nos.⁊.z.q.7.c. sacerdos.⁊ de pe.di.i.c. Et venit.⁊ de pe.di.z.c. Totã.c. Dauid.c. Jlle rex

De negligentia Dauid qua non correxit Amon.

Tertiũ peccatum in qd lapsus fuit Dauid fuit negligentia. Non enim correxit Amon: q stuprauerat sororẽ suam Thamar. Naz vt scribit.z.Re.iz.cº. Noluit cõtristare spũm Amon filij sui: quoniaz diligebat eũ qa pmogenitꝰ erat ei. O quot sunt patres: qui imoderato amore filios diligẽtes: negligũt illoꝝ vitijs: ⁊ passionibꝰ obuiare: ob qd ⁊ filios qñqꝫ imo multotiẽs vident male finire. Ecce qd Amon euenit: certe in ꝯuiuio occisus ẽ a pueris Absolonis fratris sui ipso iubente.

De iniusticia Dauid.

Quartũ peccatum Dauid fuit iniusticia circa Mifilboseth: de quo fit mentio.z. Re.16.c.⁊.19.caº. Dicit Nico. de lyra ꝙ adulatores et detractores sunt piculosi pncipibus: qa Dauid tam iustus et sanctꝰ: vbis siue adulatoris ⁊ detractoris fuit ita captus ⁊ inuolutus: ꝙ hereditatem Mifilboseth domini sui ei cõcessit in absentia Mifilboseth ⁊ eo non audito quod est peius: Et postqꝫ audiuit Mifilboseth se excusantem ⁊ vera dicentem: nõ retractauit dictũ suũ iniustum totaliter: ſ seruũ eius pessimuz. scꝫ Sibam fecit equalẽ dño dicens. Tu ⁊ Siba diuidite possessiões.quẽ tñ debuit suspẽdisse ꝓpter falsaz accusatõem dñi sui de crimine lese maiestatis. Erat Mifilboseth filius Saul ⁊ recedente Dauid de hierl'm cum exercitu: Mifilboseth remansit: quia erat claudꝰ. et Siba seruus eiꝰ venit ad Dauid: Et dixit falso tñ Mifilboseth remansit in hierl'm dicẽs. hodie restituet mihi dñs regnũ patris mei Saul: vt notat.z. Re.16.c.

De vana gloria Dauid.

Quintũ peccatuz Dauid fuit vana gloria. Fecit nãqꝫ supbe numerari populũ: ⁊ inde gloriabatur: sicut ponit pmo Paralipomenõ.zi. c.⁊.z. Re.vl.c. Ad quã numeratõez fiendã cohopatus est Sathan.

De plaga pestilentie qua deꝰ puniuit populũ. Cap.z.

Quãuis inscrutabilia sint nobis iudicia dei: xñ tamen ab eo iuste fieri omnia merito cõfiteri debemus: neqꝫ curiose est inqrẽdum: Cur qñqꝫ peccata que nobis pua videt ⁊ minima puniat: ⁊ que maxima reputant: ad tẽpus linquat impunita cũcta recte moderat ⁊ ordinat sapiẽtia sua. Jdcirco in hoc misterio d pestilentia qua deus populũ percussit: eo ꝙ illum supbe Dauid numerauit dicemus: de qua quinqꝫ dubia sunt declaranda.

Primũ vt in pestilentia sit flagelluz dei pro peccatis.

¶ Secũdũ q̃re dauid potius elegit pestilẽtiã q̃ famẽ ⁊ gladium.

¶ Tertiũ vtrũ ꝓ peccato dauid debuit populus eius puniri.

¶ Quartum quid intelligitꝛ ꝑ tempus constitutum.

¶ Quintũ quō adimpletũ fuit dictum ꝓphẽ de pestilẽtia triũ dieꝝ.

¶ Qꝛ ꝓpẽ peccata veniũt pestilẽtie.

Ad p̄mũ dubiũ respōdem⁹ ſm ṽitatẽ infallibilẽ scripꝛe ſācte: ꝙ deus excelsus ꝓpter peccata pestilentias mittit. Nã Leuitici.26 c. cōminatꝛ deus trãsgressorib⁹ suoꝝ p̄ceptoꝝ dicens. Mittã pestilẽtiã in medio vestri: ⁊ Numeri.14. cōquẽbatꝛ de ꝓplo Judaico dicẽs. Quousq̧ n̄ credẽt mihi: ⁊ infra: feriã ḡ eos pestilentia. Et Ezechielis.7.c°. Jra mea sup̱ populũ gladi⁹ fortis: pestis ⁊ fames intrinsecus. Et Ezechielis.28. hec dicit dñs deus. Ecce ego ad te Sion: ⁊ gloriabor in medio tui. et sciẽt q̇a ego dñs: cũ fecero mea iudicia: ⁊ sãctificat⁹ fuero in ea: ⁊ imittaꝫ ei pestilẽtiã: ⁊ sanguinẽ in plateis ei⁹ Quare iudicio dei attribuendũ esse arbitror: q̇cq̇d in cronicis de pestilẽtijs asseritur: de ipsis enim meminit Hierony. Horosius ⁊ Eutropius: ac reliq̇ reꝝ gestaꝝ scriptores. Nã ãno ab vrbe cōdita.384. ingẽs pestilentia Romã affecit biẽnio. Suaserunt pōtifices templi: vt ludi senici dijs expetẽtibus ederẽtꝛ: eo tp̱e terra in medio vrbis dissilijt: dixerũt auruspices eã voraginẽ posse tolli viui hominis nece spōtanea insiliẽtis in eã in quaꝫ Marcus curtius eques insilijt pro liberatōe patrie: sicq̧ vorago cōclusa est: vt refert horosius li.3. ⁊ Aug. li. 5. de ci. dei. c.18. ãno ab vrbe cōdita. 481. Ingẽs pestilẽtia vrbẽ afflictauit ⁊ libri Sibillini cōsulti respōderunt eam pestẽ ira dei illatã. Recitat Horosius li.5. ꝙ ãno ab vrbe cōdita sexcentesimo sexto: tanta Rome exorta est pestilẽtia: vt ministri quoq̧ faciẽdoꝝ funeꝝ p̄mũ n̄ sufficerẽt: deinde nō essent: iãq̧ etiã magne dom⁹ vacue viuis: plene mortuis: remansere largissime introrsũ hẽditates: ⁊ nulli penitus heredes. Aliud stupẽdũ Horosius narrat: ꝙ post locustas innumerabiles: que in mari a vẽto rapte suffocate sunt: tãta corruptio aeris ẽ ſbsecuta: ⁊ taꝫ grauis pestilẽtia: vt in Numidia octingẽta millia hominũ morerẽtꝛ. Et circa horã maritimam que Carthaginẽsi atq̧ vticẽsi littori adiacet plus q̃ ducenta millia: que clades tã repentina fuit apud vticeꝫ ſb vna die ꝑ vnã portã: pl⁹ q̃ mille quingẽtos mortuos delatos fuisse narretꝛ. Tẽpore Antonini Jmp̱atoris. q̇ xp̄ianos p̱secut⁹ est: tãta lues est secuta vt agricultoribus carerẽt. Tp̱e Pelagij pape: Romã pestis cōcussit in qua ⁊ Pelagius mortuus est: cui successit Gregorius magnus: qui vir mire sanctitatis letanias ad deũ ordinauit agi: et cũ popul⁹ dei clementiã implorasset: vna dieꝝ vidit pōtifex ille sãct⁹ ãgelũ supra castrum qui cruẽtatã enseꝫ in vaginã reponebat significãs pestẽ dei iudicio imissam iã cessare. Nota hic tñ ſm horosiũ li. 5. ⁊ Eutropiũ: ꝙ Adrian⁹ Jmp̱ator q̇.12. ab Augusto imp̱auit castrum illud obstruxerat: cũ pōte mirabili: et

castrũ Adriani dictũ fuit: vsqȝ ad tpa beati Gregorij: exinde sancti Angeli ꝓpter visionē ꝑlibatam.

¶ Quare Dauid elegit pestilētiā.

Secūdū dubiū ꝓpositū fuit q̄re Dauid elegit potius pestilētiā q̄ famē ⁊ gladiū. Nā Gad ꝓpheta dixit ei ex pte dei. aut. 7. ānis veniet tibi fames in terra tua: aut trib⁹ mēsibus fugies aduersarios tuos: et illi te ꝑsequent̄: aut certe tribus diebus erit pestilentia in terra tua. Et rñdit dauid. Coartor nimis vndiqȝ: ⁊ elegit pestilentiā. Dicit Nic. de lyra ꝙ sperabat de misericordia dei. Unde in textu s̄bdidit. Meli⁹ est vt incidaȝ in manus dñi: multe. n. misericordie eius sunt q̄ȝ in manu hōis. Secūdo si elegiss̄ȝ famē. 7. ānorꝝ: ipse ⁊ alij diuites ꝓuidissent sibi de victu: ⁊ pauperes fuissent nimis afflicti. Item si elegisset fugā corā aduersarijs: ipse ⁊ alij potētes fuissēt ꝓtecti auxilio pugnatorꝝ: ⁊ refugio fortelliciorūȝ: ⁊ ceteri fuissent occisi: ideo elegit penam omnib⁹ equalē: q̄a pestilentia a deo imissa eq̄liter poterat cadē sup oēs.

¶ Quare pro peccato Dauid punit⁹ est populus.

Tertiū dubiūȝ: vtrū ꝓ peccato Dauid debuit populus ei⁹ puniri: ⁊ q̄dā dicūt ꝙ popul⁹ fuit innocens: nā cū vidisset Dauid angelum cedentē populū: dixit ad dñm. Ego sum qui peccaui: ⁊ ego iniq̄ egi: Isti q̄ oues sunt quid fecerūt: v̄tat̄ obsecro manus tua contra me: ⁊ contra domū patris mei. q̄ nō videt̄ ꝙ pp̄ls debuit puniri: q̄a vt dicit glosa ex̄ v̄bis que fiunt a maiore pte capituli. c

Quesiuit. Peccata suos tenē debēt actores. Idē. C. de penis. l. sancim⁹. C. ne vxor ꝓ marito. l. Ob maritorꝝ. ii. q. 3. c. Illud. de sen. excōicatōis. c. A romana. vlti. 56. di. ca. Satis. i. q 4. c. Placuit. c. Nullius. 7. c°. Iudei. Sed ad hoc posset rñderi ƀm Boñ. in. 2. di. 33. ꝙ licȝ pena eterna vnus nō puniat̄ ꝓ peccato alteri⁹: tamen pena tēporali sic: quare nō est inconueniens ƀm rigorē diuine iusticie: vt populus a Dauid supbe numeratus pestilētia minueret̄. Nic. vo de lyra dicit: ꝙ in libro de hebraicis q̄oibus habet̄ ꝙ populus peccauit: eo ꝙ dauid nō restitit vt debuit in facto vrie sed hoc nō videt̄ v̄um: quia peccatū Dauid vsqȝ ad ꝯplemētū fuit secretū vnde Nathan dixit sibi. 2. Re. 12. c°. Tu fecisti abscondite. dicit q̄ Nic. d̄ lyra: ꝙ peccatum populi fuit rebellio eius contra Dauid: sequēdo Sibam filiuȝ Uocri: q̄ erat homo sediciosus ⁊ pessimus vt pōit̄. 2. Re. 20. c. Ego vo teneo ꝙ lȝ ꝑncipalit̄ de⁹ punierit populū ꝓpter peccatū Dauid tamen credibile ē: ꝙ in pp̄lo sic punito esset aliqua scelera deo exosa nam sicut ⁊ nunc plures tūc erāt mali q̄ȝ boni.

¶ Quid intelligit̄ p tēpus ꝯstitutū.

Quartū dubiūȝ q̄d intelligit̄ p tēpus cōstitutū. Nam in textu dr̄. Immisit de⁹ pestilētiā de mane vsqȝ ad tēpus cōstitutū: ⁊ dicūt aliq̄ vsqȝ ad tertiū dieȝ inclusiue: quia sic erat pena determinata: sed hoc non videt̄ v̄um: quia textus dicit infra. Uenit auteȝ Gad ad Dauid in die illa: ⁊ videt̄ loqui scriptura de ꝑma die pestilētie. ad hoc eniȝ venit Gad

vt David offerret holocaustū ⁊ cessa
ret plaga inchoata. Jō melius dicit̄
ꝙ tēpus cōstitutū intelligit̄ hora sa
crificij vespertini: illud. n. statutū fuit
in lege Exodi. 29. ita ꝙ a mane ꝑmi
dici vsqꝫ ad horā vesꝑtinā mortui sūt
de ꝑplo. 70. millia viroꝝ.

¶ Quō verificat̄ dictū ꝓphete de pe
stilentia triū dierum.

Quintū dubiū quomō verificatū
fuit dictū ꝓphete de pestilētia
triū dieꝝ. ⁊ dicit Nic. de lyra ꝙ duo
dies vltimi fuerūt dicti ꝓpt̄ cōmina
tionē tātū: sicut etiā dixit Jonas de
. 40. dieb⁹: ꝑmus vero dies fuit ꝑ mo
dum sentētie diffinitiue: quare pesti
lentia fuit tātū illa die. Jdeo sbditur
in textu. Cūqꝫ extendisset manū suā
angelus dñi sup̄ hierl̄m vt disꝑdēt
eam: misert⁹ est dñs sup̄ afflictōez: et
ait angelo ꝑcutiēti populū. Sufficit
nunc contine manū tuā. Tali pesti
lentia ꝑcussus fuit populus ille. nos
vero diebus istis magnas clades fiēri
vidimus: ⁊ pestilentijs pene Jtaliā
deuastatā: poscētib⁹ qdē peccatis po
puloꝝ: frequēti⁹ pestilētie irrūpunt.
Jdeo timēdus est deus: quia ipse vi
uificat ⁊ mortificat: q̄ est bn̄dictus in
secula seculoꝝ. Amen.

¶ Sermo q̄ntusdecim⁹ de iudicio
dei cōtra Senacherib nomē domini
blasfemantem.

Sanctū ⁊ ineffabile nomē
dei sic viluit in ore christi
anoꝝ: vt illō blasfemari
⁊ maledici ducat̄ quasi ꝓ
nihilo. Aperiūt nāqꝫ multi fetidum
os in blasfemias impias creatoris
sui ⁊ irreuerent̄ sacrilegis buccis lace
rant altissimā maiestatē regis regū
⁊ dñi āgeloꝝ ⁊ hominū: ꝓ q̄bus in
hoc sermone bene esse arbitrat⁹ suū
iudiciū dei depromere cōtra Sena
cherib blasfemātē: in illo si q̄dē specu
labimur q̄ꝫ grāue sit peccatū blasfemia
et maledictio dei: de quo tria miste
ria ꝓponimus cōtēplāda.

¶ Primū dicit̄ supbie ⁊ violentie.
¶ 2ᵐ maledictionis ⁊ blasfemie.
¶ 3ᵐ punitionis ⁊ vindicte.

¶ De supbia et fraude Senacherib
Regis. ¶ Cap. ꝑmū

Jnsaciabilis ē anim⁹ ābitiosorū
quibus nec ipse mūdus totus
sufficere pōt: pꝫ hoc in Senacherib:
de quo. 4. regū. 18. dicit̄ ꝙ āno. 14.
regis Ezechie ascendit Senacherib
rex assirioꝝ ad vniuersas ciuitates
Juda munitas: ⁊ cepit eas: tūc misit
Ezechias nūcios ad regē Assirioꝝ.
Nico. de lyra dicit ꝙ Ezechias sciēs
populū sibi sbiectum ⁊ Agaz patrē
suū deū multiplicit̄ offendisse: merito
timuit ne in vindictā dictoꝝ maloꝝ
ꝑmitteret̄ rex Assiriorum venire ad
destructōiē ciuitatis hierl̄m vbi vi
gebat diuinus cultus: de q° ipse erat
zelātissim⁹ quare nūcios misit dicēs
peccaui: reputans peccatum pr̄is suū
recede a me: ⁊ omne qđ imposueris
mihi feram. Prudenter in hoc egit:
q̄a vt dicit Aug. li. 16. de ci. dei. c. 2.
Jn omnib⁹ fere gētibus quodāmō
vox nature ista ꝑsonuit vt sbiugari
victoribus mallent: q̄bus contingit
vinci q̄ꝫ bellica omnifaria vastatōne
deberi. Jnduxit itaqꝫ rex Assiriorum

Ezechie tercenta talenta argenti: et triginta auri: deditqꝫ Ezechias om̄e argentū qđ reptum fuerat in domo dñi: ⁊ in thesauris Regis: ⁊ cū non sufficeret: confregit valuas tēpli dei: ⁊ laminas aureas quas ipse affixerat ad decorem: ⁊ dedit eas Regi Assiriorū. dicit Ni. de lira: ex hoc accipit argumentū ꝙ pncipes in necessitate ꝓ conseruatōe rei publice pñt accipe de thesauris ecclesie: naz vt dicit. 12. q. 2. c. Aurum. Aurū habet ecclesia: non vt seruet: sed vt eroget: ꝫm vero Mag. in hist. Accepta pecunia Rex Assiriorū sb pacto in pace dimittēdi regnū Ezechie: infideliter agēs: pactum nō seruauit: ꝫ misit exercituz et nūcios in hierl'm ad terrēdū Ezechiam: vt territus redderet ciuitatez ⁊ populus transferet in Assirios: et cultus dñi de hierusalē auferret: qđ nullo modo Ezechias fecit: ꝫ restitit ⁊ cōuocās populū exortatus fuit ad defendēdū templū sanctū ⁊ gentem Quia ꝟo in hoc ca. de regno Assiriorꝫ fit mēsio: ideo de illo cōsiderem⁹ tria.

Primo originem.

Secundo dilatationē.

Tertio terminationē.

De regno ⁊ monarcaia Assiriorū ⁊ pmo de ortu eius.

PRimo cōsiderem⁹ regni Assiriorꝫ originem: dicit Mag. in histo. sup Genesim post capitulū de morte Habrae. Exortū est regnum Assiriorꝫ. 25. āno Saruch proaui habrae sb Belo: qđ quidē intelligēduz est quātū ad regni iniciū. Nā Belus pmus intrauit Assiriam ⁊ parū obtinuit in ea: sed eo mortuo: filius eius Ninus vt refert Justinus ⁊ horosi⁹ totā Assiriaz occupauit: ⁊ in regiōe Assiriorꝫ edificauit ciuitatem quam Niniue nomiauit: āno regni sui. 49 qnquaginta autem ānis bella finitimis intulit: qui dum deficiētem a se oppugnat vrbē: sagitta ictus interijt ⁊ vt dicit Horosius. li°. i. Regū Assiriorꝫ vsqꝫ ad Sardanapalluz annis mille centū sexaginta actū est: Isidorus. li. 14. ethi. Assiria inqt vocata ē ab Assur filio Sem: qui eā regionē post diluuium pmus incoluit. hec ab ortu Indiam a meridie mediā tāgit ab occiduo Tigriz: a septētriōe mōtē Caucasum: vbi porte caspie sunt.

De magnificentia regni assiriorū

SEcundo cōsiderem⁹ illi⁹ regni dilationē: fuit enim regnū illđ āplissimū. de quo aug. li. 18. de ci. dei 2. c. ait. Duo regna cernimus longe ceteris pueniſſe clariora. assiriorum pmum: deinde romanoꝝ: vt tpibus ita locis inter se ordinata atqꝫ distincta: nam quomō illud pus hoc posterius: eo modo illud in oriēte: hoc in occidēte surrexit. ⁊ infra sbdit aug⁹. quātū attinet ad pmū Impiū nullū maius primis tēporib⁹ qꝫ assiriorum fuit: nec tam longe lateqꝫ diffusum: quippe vbi Ninus rex Beli⁹ filius vniuersam asiaz que totius orbis ad numeruz ptinet tertia dicit. ad magnitudinem ꝟo dimidia repit vsqꝫ ad Libie fines subegiſſe tradit. Solis qppe Indis in ptibus orientis non dñabat: quos tamē eo defūcto Semiramis vxor eius. est aggressa bellando: ita factū est: vt qđcūqꝫ in illis

terris ppl'i seu reges erant: Assirioꝝ regno ditioniq parerent: ⁊ quicqd imparet efficerent.

De fine ⁊ terminatione regni assiriorum.

Tertio cōsiderem⁹ regni assiriorum terminatōẽ: ſm .n. Mag. in hist. scho. sup. 4. li. Re. c. de Ozia Sub Ozia rege Juda: terminata est monarchia Assirioꝝ. Nā Sardanapallus vltimus monarcha victus ab Arbate medo: semetipsū cōcremauit de hoc inqt Justinus li. i. Sardanapallus fuit vltim⁹ rex Assirioꝝ omni muliere corruptior: mollicie corpis: ⁊ lassiuia oculoꝝ oēs femias ātecellēs Sʒ hic dubitatur si tpe Ozie defecit monarchia assirioꝝ: quō senacherib erat rex Assirioꝝ. Nam post Oziam regnauit Joathan: vt pʒ. 4. regū. 15 .c. ⁊ p⁹ Joathan Agacz: et p⁹ agacz Ezechias: cuius tēpore Senacherib rex erat assirioꝝ. Rndet Magist. in hist. sup. 4. li. regū. ꝙ post Sardanapallū fuerunt reges assirioꝝ sine monarchia: potentes vsq ad sbuersiōeʒ Niniue.

De blasfemia Senacherib.

Cap. secūdum.

In viribus suis cōfidēs Senacherib deū blasfemare: ac maledicere: ausu temerario p̄sumpsit. qḋ qdem fecit tribus vicibus.

Prima per rabsacen.

Secunda per eundem.

Tertia per suas litteras.

Prima vice blasfemauit deum p rabsacen: vt .n. dicit. 4. regū. 18. c. Irritū faciens iusiurandū Senacherib: misit ad obsidēdū hierusalē Cartan ⁊ rabsacen cuʒ exercitu valido: vocauerunt autem regē ad colloquiū ⁊ noluit exire. dicit Nic. de lyra qa fuerat exptus fraudē post solutōeʒ pecunie ideo timebat de pditōe. Naʒ vt ait vegetius li. 3°. de re militari. Frequētius cōuentōes pacisq similatio credulis magis nocuere q arma. misit g Ezechias Eliachim pontificem et Sobnam scribā: et Joachim a cōmētariis: ⁊ loquebat ad eos hebraice: ⁊ dicebat. O Ezechia in quo confidis vt audeas rebellare. Si confidis in rege Egyptio inniteris baculo arundineo. si speʒ ponis in deo tuo: nūqd dii gentiū: ⁊ Israhel liberauerūt eos de manu mea.

Secūdo blasfemauit deū p p̄fatū rabsacen. Nam cū loqueret audiēte populo Eliachim: ⁊ socii rogabāt eū vt loqueret eis Siriace ⁊ nō iudaice audiente populo: qui erat sup murū ne. s. populus terreret ex vbis rabsacen: ⁊ quia in vbis suis intmiscebat vba blasfemie ſm Nico. de lyra. Ex hoc dicūt hebrei ꝙ iste rabsaces erat Judeus natōe: sed derelicta lege cōuersus est ad gentilitatē. Magist. in hist. dicit ꝙ erat Samarites. ⁊ qdaʒ aiunt filium fuisse Isaye q trāsierat ad assirios ⁊ susceperat ritū gentiū. Iste g rabsaces exclamauit etiaʒ ad populum Dixit rex magn⁹ assirioꝝ facite mecū qḋ vobis vtile est. ne comedatl stercora vestra ⁊ bibatl. vrinā vestrā. Egrediamini ad me. ⁊ vtimini bōis vestris. nolite audire ezechiā q vos decipit dicens. Dn̄s liberabit nos. nūqd liberauerūt dii gentium terram suā de manu regis assirioꝝ

⁊ multa alia referendo: ponebat in
deo falsitatem ⁊ deceptionem: ⁊ sal-
uandi impossibilitatē: populus autē
tacuit ⁊ nihil respondit.

¶ Tertio blasfemauit Senacherib
deum: quando litteras ꝯminatorias
⁊ terribiles misit Ezechie: Ut enim
habet. 4. Re. 19. c. Reuersus ē Rab
saces ad regem Assirioꝝ post expu-
gnationem lobriam. Nam vt dicit
Mag. in histo. Senacherib transiue
rat ad Egyptum expugnandum vt
triumphus rediret ⁊ euerteret hieru
salem. Interim ergo misit litteras Eze
chie: in quibus inter cetera dicebat.
Non te seducat deꝰ tuus: in quo ha
bes fiduciam: ⁊ plura alia scripsit in
contumeliam dei: ⁊ vt puto sui oēs
similia loquebāt spernētes ⁊ deridē
tes magnū deum ⁊ imortalem.

¶ De tremenda plaga Senacherib
⁊ exercitus eius.

¶ Cap. tertium.

Noluit deus ferre blasfemias ⁊
cōtumelias irrogatas nomini
suo: Sed contra Senacherib suosqꝫ
effudit iram indignationis sue. Ad
quod inuestigandū tria in ista pte cōsi
deremus.

¶ Primo Ezechie zelum ⁊ orationē.
¶ 2° exercitus occisionem.
¶ 3° Senacherib pemptionem.

¶ De zelo ⁊ oratione Ezechie.

Primo consideremus Ezechie
zelum ⁊ orōnem: cum eniʒ ad
ipsū reuersi fuissent illi quos miserat
ad Rabsacen: nūciassentqꝫ vba illiꝰ
blasfemie: scidit Ezechias vestimēta
sua ⁊ opertus est sacco: lectis vo lr̄is
Senacherib: ascendit in domuʒ dn̄i
⁊ expandit litteras coram populo:
alibi coram deo: ⁊ orauit dicēs. Dn̄e
deus Israhel: qui sedes sup cherubin
idest psides omni creature: etiam an
gelice: tu es deus solus omniū regū
terre: tu fecisti celum ⁊ terrā: inclina
aurem tuam: ⁊ audi. i. effectū iusticie
tue ostende contra Senacherib: qui
misit vt exprobraret nobis deum vi
uentē. Salua nos obsecro de manu
ipsius. Tūc misit Isayā ad Ezechiā
confortans eum: ⁊ pnūcians que vē
tura erant super Senacherib.

¶ Secūdo cōsideremꝰ exercitꝰ occi
sionem. Postqꝫ enim Senacherib
venit de Egypto: ⁊ ihierl'm obsedit
nocte angelus dn̄i pcussit in castris
Assiriorū cētum octoaginta quinqꝫ
millia. s. omnes robustos bellatores
⁊ pncipales exercitus: vt scribitur. 2.
Paralipo. 32. c. Cūqꝫ diluculo surre
xisset Senacherib: vidit omnia cor
pora mortuoꝝ. Dicit Nico. de lyra
sm hebreos ꝙ corpora fuerunt inci
nerata: sꝫ armis ⁊ vestibus intactis
ita ꝙ populus Ezechie potuit de fa
cili spolia colligere: ⁊ sine cadaueruʒ
fetore.

¶ Tertio cōsideremꝰ senacherib pē
ptionē: q timēs fugit cū deceʒ viris
tm̄: vt dicūt hebrei ⁊ rediit in Niniue
Cūqꝫ adoraret in templo Nephrath
deū suū: Adramelech ⁊ satasach filii
eiꝰ pcusserūt eū gladio: fugerūtqꝫ in
terrā Armenioꝝ: ⁊ regnauit pro eo
Assaradon filiꝰ eiꝰ. Mag. in hist. dic
ꝙ indignati erāt filii maiores in pa
trē: eo ꝙ filiū minorē natu pfecerat
eis in Regē: qa magl diligebat ma
trē ipsiꝰ qꝫ illoꝝ. Et in hoc ostensus

est senacherib deterior populo: quia pcidio filiorū est reseruatus. Rabi autem salomon asserit q̄ pncipes regni conturbati erant cōtra senacherib eo q̄ filij eorū et amici erant mortui mō pdicto: ppter eius blasfemiā et supbiā cōtra deū Israhel: ppt qd tractabāt de morte ipsi⁹: qd cum ad eius aures puenisset: intrauit tēpluz dei sui: orās et pmittens q̄ si hoc piculū euaderet in ei⁹ honorez duos filios pdictos sacrificaret: qd cū illis innotuisset: eū interfecerūt ne ab eo interficerent. Neq̄ friuolā rē putād⁹ est loqui Rabi salomon: de voto filios imolandi: quoniā dum pnicies idolatrie totū pene mūdum inuolue bat: hoc erat demonū malicia: vt homines sacrificari sibi sagacissime pcurarent. Declarat hoc Eusebius Pā philij li. 4. de euāgelica pparatione vbi ait. Senetiū adhuc vocibus: ad declarādā pscorū temporū pestez vtemur: que adeo animos hominū inuaserat: vt quasi demoniaci: et a pniciosis profecto spiritibus agitati: liberorū sanguine scelestas placarēt vtutes: ita pater vnicum filiū: dilectam mater filiā: demoni tanq̄ ouē sacrificabāt. Ita genus hominū qd hūanū esse natura cognoscit: ad furiā imanēq̄ crudelitatē a demonib⁹ impellebat: que ita se haberi nō apud barbaros: vū etiā apud grecos omnis historia plena est. Nā et Rodij hominē saturno sacrificabāt: quam rez magis tēporib⁹ postea mitigare volentes: mortis supplicio aliquē dānatum ad saturnia vsq̄ oseruabāt quō in ipso festo vitio grauatū imolabāt In salamine vo insula quā ātiq̄ssimis tēporibus coronā vocabāt vsq̄ ad Diomedis tēpora. Agrauale Cecropii filie homo cedebat postea vo in tēplo Palladis Agrauale ac diomedis. Unū enim triū fuit diomedi homo imolabat: q ab adolescētibus ter circum aram ductus: tandez a sacerdote hasta pcussus: et in rogo impositus cremabat: quā rē Diphilus rex Cipri seleuchi tēporib⁹ abhominatus: nō hominē: sed bouē diomedi sacrificari statuit: demon aūt ille q̄q̄ fuerit non inuitus bouē p hōie suscipiebat. Ita nō multū interesse inter imolationē hōis atq̄ bestie videtur Manethus aūt historicus apud egyptios in eliopoli hōies imolatos fuisse in libris de pietate testat: quē morez Amossis improbauit: sacrificabant vo Iunoni tres in die: quos inq̄re bāt si mūdi essēt queadmōū postea vituli: cereos aūt hōies offerri p illis tres Amossis iussit. Dionysio etiam omadio apud chios appellato homo crudeliter discerpt⁹ sacrificabat. Lacedemonios etiā Apollodor⁹ scribit hominē Marti sacrificare solitos: et phenices bellorū: aut pestilentie calamitatibus amicissimos saturno solebant imolare. Philo etiā q phenicū historiā cōscripsit his vbis in primo vtit libro. morē inq̄t pscl. in magnis calamitatib⁹ atq̄ piculis fuisse: vt ciuitatis aut gētis pnceps dilectissimū ex liberis vlciscenti demoni quasi redēptōis pmiū traderet: et sic traditū mistice ingularet. Dionysi⁹ ēt alicarnaseus vir romane historie ac italice peritissimus huius sceleris testis est:

